



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Archelao filio Herodis. Ca. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM EMO. LIB. I.

**E**X hinc fertur iam desperas in facinus execrabilis. nam accersitos ad se ex omni Iudea nobiles, & in loco quo dicit Hippodromus, reclusos, in hora mortis suae interfici iubet, in hoc ipsum militibus perparatis & priori conductis, ut sic saltus lugubres haberent exequias. Sciebat enim Iudeos de sua morte gauisuros.

QVOD TRES FILIOS SVOS  
occidit. Caput VIII.

**Q**ui paulo antequam moreretur, post duos iam necatos filios, tertium filium iugulari precepit, impius parricida, cum iam exitum vitae adesse sensisset, male accepto cultrum poposcit. Solebat enim sic per semetipsum purgatum pomum atque incisum edere. Tunc circumspectans, ne quis esset, qui cum prohiberet eleuavit dexteram & in semetipsum vibrauit ictus. Hic autem Herodis extitit finis.

DE ARCHELАО.

Caput IX.

**P**ost hunc regnauit Archelaus patre suo Herode, & Cæsare Augusto adiudicantibus, cui post decem annos propter insolentiam deuolutos regnum diuiditur in Tetrarchias Herodi junioris fratris cum Philippo, & cum Lisania.

DE HERODE FILIO HERODIS. Cap. X.

**H**ic autem Herodes minor, breui interiecto tempore Iohannem baptistam capite punit, virum valde bonum, quod precipiebat Iudeis virtuti operam dare, iustitiam inter se custodire, & in deum seruare pietatem, per baptismum in unum convenire, tam ad abluenda peccata

A iiiij